

de manu canis unicum meam : » unicum suam vocat spiritum corporis sui, ut Chaldeus varit, hoc est animam, quam Septuaginta dicunt unicam meam, id est, super omnia eximie claram et dilectam; vel nominat unicum ob solitudinem, in qua tunc anima versatur, nuda et desolata a familiaribus, sola in campum ingressa cum bellatrix demum cohorte in extremo illo agone pugnatura. Igitur Aquila illud unicum meam vertit unicam meam; S. Hieronymus quasi verbum ex verbo solitariam meam. Hanc ergo animulam solam et desertam alieno auxilio, illud ipsum tempus sibi ante oculos ponens Rex pius, crui de manu canis postulat. Quo hieroglyphico monet Eusebius diabololum intelligi, quem gentiles, inquit, Cerberum tricephalem finxerunt : neque enim satis erat caput illi unum tribuere unicasque fauces, qui tot ora semper habet hiantia, tam ardentem et immensam cupiditatem exorbendi nostri sanguinis animaque devorande; tunc vero morte comitatus,

trita guttura pandit, et ferrice latrat et invadit et pavore animum complet, nec ullum effugium locum misero relinquit. ET SPES ILLORUM ABOMINATIO ANIMAE. — Hoc B. Thomas sic exponit, q. d. Quod de impio sperari deinceps potest est abominanda quaedam et extrema mors et cruciatus; sed melius Plueda nos ter : « Spes, inquit, illorum, » utpote inanes atque fallaces, vel consequendi felicitatem, vel declinandi erumnas, nihil afferent nisi dolorem et tristitiam : sic enim vocem originale reddunt Pagninus dolorem, Hebraeus apud Cajetanum tristitiam, Vatablus afflictionem; vox siquidem hebraea a radice נָסַח naphach, quod est insufflere vel inspirare, proprie reddi potest exsufflatio aut exspiratio, et inde etiam pro afflictione accipitur aut animi defectu et deliquio; quoniam afflicti crebro suspirare solent. De inani autem et de fallaci iniquorum spe vide plura sup. cap. VIII, 13, ad illa verba : « Spes hypocrite peribit. »

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Job ut amicorum retinere iactantiam, ostendit iam pridem sibi perspecta ea omnia que de Deo proferebant; sed visissim divinam illis vindictam minatur, quod justo insultent, et simplicem rubeant : extollit deinde divinam potentiam, sapientiam et providentiam in universi gubernatione.

1. Respondens autem Job, dixit : 2. Ergo vos estis soli homines, et vobiscum morietur sapientia? 3. Et mihi est cor, sicut et vobis, nec inferior vestri sum : quis enim haec, quae nostis, ignorat? 4. Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum et exardiet eum : deridetur enim justi simplicitas. 5. Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum. 6. Abundant tabernacula praedonum, et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum. 7. Nimirum interroga jumenta, et docebunt te : et volatilia caeli, et indicabunt tibi. 8. Lequere terrae, et respondebit tibi : et narrabunt pisces maris. 9. Quis ignorat quod omnia haec manus Domini fecerit? 10. In ejus manu anima omnis viventis, et spiritus universae carnis hominis. 11. Nonne auris verba dijudicat, et fauces comedentis, saporem? 12. In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. 13. Apud ipsum est sapientia et fortitudo, ipse habet consilium et intelligentiam. 14. Si destruxerit, nemo est qui aedificet : si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. 15. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur : et si emiserit eas, subvertent terram. 16. Apud ipsum est fortitudo et sapientia : ipse novit et decipientem, et eum qui decipitur. 17. Adducet consiliarios in stultam finem, et iudices in stuporem. 18. Balteum regum dissolvit, et praecingit fune renes eorum. 19. Ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat : 20. Commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens. 21. Effundit despectionem super principes, eos, qui oppressi fuerant, relevans. 22. Qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis. 23. Qui multiplicat gentes et perdit eas, et subversas in integrum restituit. 24. Qui immutat cor principum populi terrae, et decipit eos ut frustra incedant per invium : 25. Palpabunt quasi in tenebris, et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios.

1 et 2. RESPONDENS AUTEM JOB DIXIT : ERGO VOS ESTIS SOLI HOMINES, ET VOBISCU MORIETUR SAPIENTIA? — Egerant cum Job tres amici parum officiose et urbane et nimis insolenter, quasi ipsi altissimi tunc tenent abditarum rerum cognitionem, quam Jobus assuetus non esset : quos ipse subamare, licet modeste, reprehendit, docetque quam ipsi tenere se putant scientiam nemini esse ignotam, qui mediocri sit ingenio, et paulo attentius rerum naturas et obvias proprietates considerare voluerit : cum nulla sit creatura, quantumcumque rationis, sensus, imo et vite experta, a qua homo illa doceri non possit, quae illi de se adeo superbe iactabant. Quamobrem Job tantam amicorum insolentiam, qua sibi praeteris sapientiam arrogabant, ironice perstringens : Ergone, inquit, vos soli homines et sapientes? Si cine restricta est sapientia, ut ea vobiscum pariter interitura videatur? Aureum est dictum Salomonis e penu sapientie promptum Prov. XVII, 3 : « Non decet stultum magna composita; » Vatablus vertit, non decet stultum magnificus sermo; Pagninus, lingua excellens; in Hebraeo est, labium excellens, ubi labium pro sermone ponitur, et significatur oratio plenissima vanitatis, tumor imperitiae mentis in loquendo, os sublime ineptorum, lingua, ut Poeta loquitur, ventosa, puerilis et illudenda captatio gravitatis et indecorae majestatis, qualis in Sopharis et aliorum verbis manifeste deprehenditur. Aristoteles lib. II Ethic. cap. VII, vitium hoc ἀσέλγεια appellat, hoc est arrogantiam; et ἀσέλγεια dicitur arrogans, qui magnificis sermonibus utitur et inmissima pompa verborum ad mendaciter ea praedicanda et sublimis ornanda quae ad se pertinent : idem etiam alio loco Philosophus lib. IV Ethic. cap. XII, ejusmodi gloriosos ostentatores esse vulgo omnibus odiosos animadvertisit, quod ἰσχυρία αὐτοεπαία, hyperbolicè illae orationes, et magnificentius rem attollentes, graves soleant esse audientibus, et mirum quantum odiosae? Sane declarant in loquente parum inesse iudicii, frontis et modestiae reverendae. Symmachus vir clarissimus lib. I Epist. 1, elegantissime : « Iactantia, inquit, avara laudis multum decoquit de pudore : » putidum illud est, atque, ut loquitur cum divina Scriptura, vetus et quodammodo ranoidum. Sic enim monet divinum oraculum I Reg. II, 3 : « Recedant vetera de ore vestro. » Quod clarius dicit Septuaginta, ἡ δόξα τοῦ προφητοῦ ἀπέστη ἀπὸ τοῦ στόματος τῶν ἰσχυρῶν, non procedat magniloquentia de ore vestro, quod commutatis verbis ante dixerat, nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Quod optime quadret in hos amicos Jobi, qui se doctiorem inani verborum fastu desperaverant, de doctrina theologica tanquam sibi propria gloriantes : quocirca Jobus eos errati admonet, docetque [quod ad sententiam suam tuendam oportuit] non esse certe gloriandum ob ea asserta quae vulgo nota sint, neque non despicendum, ac si intelligentia sapientiae sit inferior, cum Dei numero

et ingenio polleat, et acri ad res discernendas iudicio. Unde subdit : 3. ET MIHI EST COR Sicut et VOBIS, NEC INFERIOR VESTRI SUM : QUI ENIM HAEC, QUAE NOSTIS, IGNORAT? — Quod ait : « Et mihi est cor, » ad intellectum pertinet sapientia ornata, quae phrasin Scripturae familiaris est, qualis illa de Salomone III Reg. III, 12 : « Dedi tibi cor sapiens et intelligens. » Hinc etiam vir prudens vulgo cordatus dici solet : cordatum enim veteres pro solerti et acuto dicebant, et animae partem rationis participem eor appellari solere dicit Adamantius Origenes lib. I Iuz. 255, cap. 1. Quo etiam refertur locus Pauli, Rom. II, 13 : « Qui ostendit opus legis scriptum, in cordibus suis : » quis enim putet, quod dicit in cordibus, in membro corporis, quod cor appellatur, tanquam in membrana aliqua legentem scriptam intelligi? unde enim caro tantos prudentiae sensus concipere vel ostentare posset, aut tanta memoriae receptacula continere? Quin et theologii nostri secuti prophetarum dictata consilium in corda residere dicunt, in eoque agendorum omnium radices stabunt, docente Domino, in corde esse quod coarquant hominem; et ubi multa corde habent sacra Littera Math. XV, 18, sinceram intelligentem cogitationes istud. v. 8. Eadem fere ratione quando divinae litterae cor Dei saepe nominant, intelligendum ex eo arcanum illud divinitus sapientiae, quae a Patre est, juxta illud Psal. XLIV, 2 : « Eructavit cor meum verbum bonum, » inmensum filium Jesum Christum alia illius sapientiae mysterio genitum : ita Eucherius. Athenarum vero lux magna Dionysius Caes. Hierar. cap. XV, § 3, e mysticae theologiae arcanis cor ait synbololum esse τὴν νοῦν, τὴν διάνοιαν, et ut ita loquar, deiformis vite, quae vitalem vim suam benigne in ea dispergit, quibus veli esse consilium; quem locum exponens S. Maximus ait cor veluti centrum esse, quod primo vitam suscipit, et auctore S. Basilio primo creato, deinde velut e centro in omne corpus vis et vita funditur : ita enim facit cor ad animam, quae vite nostrae materia est, ut praei vates animae receptaculum esse cor significatur, id hieroglyphice anima ventrem appellarint : atque ita intelligendum esse illud Jerem. IV, 19 : « Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo : » Hosychius ait : Num quem ventrem? ipse subinfert : « Et sensus cordis mei turbati sunt. » Ideoque intestina hujusmodi aqua lota offerre admemorat in holocaustum, hoc est additas latentesque cogitationes eluere, et diligenter abstergere : ita Petrus lib. XXIV Hieroglyphorum ex hoc Jobi textu liquet viros pium sanctissimos de se inter se res laude dignas emuntiar, non eas modo ut virtutum cultura studiose parantur; verum etiam quae inter naturales dotes recensentur, qualis est ingenii perspicacitas; at haec laus multis ex capitibus in Jobo honestatur, neque passim ad alios derivanda; uti prudenter monet Joannes a Jesu Maria.

Veri. 1 et 2. Job amicorum insolentiam complet.

Sermo iactantiae non decet imperitum.

Iactantibus et arrogantibus omnibus odiosus.

Veri. 3. Cor perditur in intellectu.

Cor dicitur et corpus. Item quilibet qui dicit.

Cor raris et rebus coarctat.

Cor Dei est divinitus sapientia.

Cor symbololum vite desiderabilis.

Viri sancti sic testium scripturae laudant.



rum, quæ reconditæ sapientiam contineant; unde paulo post sequitur de sapientia: « In pla- teis, » vel, ut est in Hebræo: « In latitudinibus dat vocem suam: » nam intueamur hunc omnem mundi complexum, quam longus et latus est, ab oriente sole ad occidentem, a polo arctico ad antarecticum, plena omnia sunt magni Opificis admirabilitate, et nihil vacuum sapientia: itaque mihi considerate dixisse videtur Salomon numero multitudinis: *Sapientia foris cantabant*, ut intelligamus, in omni re atque loco multiplex nobis artificium a divinæ mentis sapientia obijci et proponi ad intendendum, ut intelligentiam acue- tes, et singula considerantes, utilia documenta capiamus. Illæ vero sapientiæ notæ tam in oculos incurrunt, tamque animum excitare possunt, ut cantare dicantur, et tantum non maxima et clarissima voce in omnium auribus inelamare, ut rerum omnium architectum et agnoscamus, et veneremur, et pectore omni amemus. Sed quod in Hebræo est *cantare*, apud nostrum interpretem est *prædicare*, apud Septuaginta *ὑμνεῖν*, *hymnis*, cantu et laudatione *prosequi*: illa enim quæ videmus omnia et tenebris et nihilo educta tanta naturæ varietate, vi multiplici, dotibus longe disparibus instructa, magnam illam Creatoris potentissimamque manum concelebant, fontem illum et thesaurum, verius dicam infinitum in omnem partem bonorum Oceanum undique exuberantem, alio quodam et voculi silentio concinunt et in laude ponunt, ut verissime fuerit dic- tum: « Sapientia foris prædicat. » Ubi Sapientia foris ludens in creatis rebus quodammodo pingi videtur instar mesochori aut chorodidæscali vo- cum peritissimam, in musica excellentis, que non modo cantat, prædicat, *ὑμνεῖται*; sed omnes uni- versi naturas ciet ad mundi autorem summum plenissimo et dulcissimo concentu laudandum: aut tenere manu veluti Timothei cuiusdam lynam aureamque testudinem; cuius nete sint beati spi- ritus, et cælestes orbis atque lumina; hypate vero terra, mare, elementa; mediæ chordæ reli- qua. Quo tanto artificio compositæ sunt atque tensæ, atque ita omnes consentiunt, ut suavissi- ma oriatur symphonia Numinisque prædicatio. Itaque Orpheus in hymnis mundum esse aiebat musicam, et mirabilem symphoniam que Demiurgum laudet: Athenagoras autem in *Apol.* eundem appellat *ἁρμονίαν ἐξ οὐρανοῦ καὶ κενώσεων ἐν ἡρώδῃ*, concentum et musicum organum, quod movetur numerose, cuius aspectu incitatur, ut pre- stantissimum illum opificem, qui tangit fides, et jueundam modulationem e dissimillimis naturis velut sonis efficit, studio omni et religione vene- remur. Unde subdit:

Vers. 9 et 10.

Nature luminis notam

9 et 10. QUIS IGNORAT, QUOD OMNIA HEC MANUS DOMINI FECERIT? IN CUIUS MANU ANIMA OMNIS VIVEN- TIS, ET SPIRITUS UNIVERSE CARNIS HOMINIS. — Quis, inquit, tam est stupidus atque amens, qui igno- ret, aut dubitet hæc omnia a Domino fuisse for-

mata, et ipsius benigna providentia conservari? Qui qua facilitate fecit omnia, eadem possit uni- versa dissolvere, cum in ipsius manu posita sint; a qua ut vitam habent, sic etiam interitum ti- mere debent. Ex qua Jobi sententia per se notum est omnia fuisse a Deo facta, nam exploratum est rem nullam posse a se oriri; siquidem causa et effectus opposita sunt, sive contraria, ut pater et filius: nam ea quæ cum aliquo conferantur relative opponuntur, quare in eandem rem con- venire non possunt. Non potest igitur esse ut ul- lum animal a se oriatur, nam causa et effectus in eodem dicerentur; omnia vero animalia constat esse orta, cum omnia consensescant et occidant. Oportet igitur aliquem esse causarum exitum, nam infinitum esse causarum progressum physici fieri non posse demonstrant; ad aliquod igitur animal uniuscuiusque patrem quærendo venire oportet, quod non ex alio sit animal natum, sed a Deo factum. Terram etiam et mare cateraque a Deo effecta esse eadem rationis via philosophi cognoverunt; nec quod aliqui de hoc dubitave- rint impedit, quo minus id per se notum et ex- ploratum sit: nam nonnulli etiam de illo om- nium certissimo et apertissimo principio dubita- runt: « Quodlibet vel est, vel non est. » Multi etiam lignum et lapidem Deum esse putant; siquidem corrupti depravatique hominum animi multas absurdissimas opiniones attulerunt. Recte ergo de iis qui sano sunt iudicio Job dicit: « Quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini fecerit? » Pulchre ad hoc propositum S. Augustinus lib. III *De Lib. arb.* cap. xlii: « Revera, inquit, si pie ac diligenter attendas, omnis creature species et motus, qui in animi humani considerationem cadit, eruditionem ne tram loquitur, diversis motibus et affectionibus quasi quadam varietate lin- guarum undique clamans atque increpatus, cog- noscendum esse Creatorem. » Idem S. Doctor lib. XI *Conf.* cap. iv: « Ecce sunt cælum et terra, clamant quod facta sint: mutantur enim atque variantur. Quidquid autem factum non est, et ta- men est; non est in eo quiddam quod ante non erat; quod est mutari atque variari. Clamant etiam quod se ipsa non fecerint, id sumus, quia facta sumus. Non ergo eramus antequam essemus, ut fieri possemus a nobis. Et vox dicen- tum est ipsa evidentiæ. Tu ergo, Domine, fecisti ea qui pulchra es, pulchra sunt enim; qui bonus es, bona sunt enim; qui es, sunt enim. Nec ita pulchra sunt, nec ita bona sunt, nec ita sunt si- cut tu. Conditor eorum, cui comparata nec pul- chra sunt, nec bona sunt, nec sânt, » etc.

11 et 12. NONNE ADRIS VERBA DUPLICAT, ET FAU- CES COMEDENTIS SAPOREM: IN ANTIQVIS EST SAPIENTIA, ET IN MULTO TEMPORE PRUDENTIA. — Hic locus va- rias admittit explicationes, neque facile est sta- tuere, quam illorum sit germana, aut germanæ propior. S. Chrysostomus et Olympiodorus in *Caten.* sic exponunt, *q. d.* Sic ut que sensibilia

est, non omnes a primo aliquo principio, acies illas, cras ita.

Jogitio Dei ex creatura.

Omnis creatura clamat creatorem Deum.

sunt externo sensu statim percipiuntur: ita etiam que intelligibilia sunt, modo quis velit animum intendere, intellectu facile capi, qualia sunt Dei opera et eorum auctor Deus; usu præsertim et experientia longæ etatis accedente, que Jobo jam tum septuagenario majore defuisse minime videtur. Cui subscribens S. Thomas putat hic agi de cognitione Dei, quam homo ex rerum sensibili- um contemplatione et cognitione venatur. « In- visibilia enim ipsius, inquit Paulus *Rom. 1, 20,* a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus et divinitas. » Et quia antiqui multa audierunt videruntque, et aliorum sensuum usu percepere- runt, majorem quam alii scientiam consecuti sunt; et ideo additur: « In antiquis est sapientia, » etc. Quæ explicatio mihi cum Sanctio in- maxime placet, quia neque ipsa extorquetur a tex- tu, et optime cum Jobi sensu congruit, qui ex creaturis cognosci posse Deum proxime dixerat. Hæc porro omnia eo spectant, ut intelligant tres illi viri, qui magnam sibi sapientie laudem ar- rogabant, alios etiam attendance mediocri obti- nere posse quod sibi aut solis aut cum paucis concessum esse arbitrabantur: quamvis enim ita se res habeat, quod integra et matura ætas mul- tum adferat prudentiæ; tamen est hominibus judicium a natura datum, quo possint de rebus judicare, licet non multum sint etate progressi; sicut etiam juvenum aures sermones audiunt, et palatus gustat saporem. Quia igitur amici Jobum ad senes et antiquos homines ablegaverant, paulo ante dixit hæc tam plana et perspicua esse, ut non senes et antiquos homines, sed jumenta et volatilia satis sit interrogare: nam ipsa de hujus- modi nos rebus docebunt; quæ ita patent, et in promptu sunt, ut ea que sub aures, palatum et alios sensus cadunt; ideoque non opus sit ea sa- pientia, que in antiquis reperitur, et longo tem- pore comparatur, sed mente et ratione tantum, que in singulis hominibus reperitur. Quid autem homines, dum creaturas interrogant, dicerent statim explicat dum ait, quid ex varia creatura- rum natura atque operatione, et rerum omnium admirabili ratione conceperint, de illarum sapien- tissimo atque potentissimo architecto cognove- rit, et ideo subdit:

Vers. 13. APUD IPSUM EST SAPIENTIA ET FORTITUDO, IPSE HABET CONSILIIUM ET INTELLIGENTIAM. — Hæc est conclusio, quam ex nature principiis demonstravit esse planissimam et omnibus per se notam; vis autem rationis a Jobo contextæ est ejusmodi: paulo ante dixerat in Dei manu omnem animam esse, ex quo suaviter ducitur argumentum ad asserendam Dei sapientiam: si enim ipsemet Deus sensibus hominis, a quibus petitur cogni- tionis origo, contulit virtutem ad objecta discer- nenda; si post eam eadem sensuum cognitio- nem homines etate provectos per intellectum exercitium multiplicemque rerum observationem

Creatura Dei sapientiam, fortitudinem, consilium et intelligentiam demonstrat.

ad insignem sapientiam speculando et eximiam prudentiam agendo promovit; porro asserendum est, largiorem sensitivæ ac intellectuales, specu- latricis ac practicæ notitiæ ac perfectione minime carere; quin potius asseverandum sublimissima sapientia, fortitudine, consilio, intelligentiæ præ- stare: sapientia, ut omnia pernoscat; fortitudo, ut vi fortissima que pervenit efficere valeat; consilio, ut miris ac prudentissimis modis omnia flectat quo velit: intelligentia, sive intellectuali visu perspicacissimo, ut omnia creata circumspeciat penetret; neque extra providentiæ sue metas aberrare permittat.

Mystice, sapientia, fortitudo, consilium et intel- ligentia quatuor sunt eque, qui curam trium- phalem divine providentiæ trahunt: ante quem curam captivi in triumphum aguntur, et toti mundo spectandi ridendi que proponunt su- perbi consiliiarii, injusti iudices, impii reges, in- glorii sacerdotes: de quibus agit versibus se- quentibus: ita Tirius nos.

Ceterum ad sensum Jobi, hæc in primis mundi insatiabilis pulchritudo, in qua tanta est omnium rerum et consinna in maxima varietate compo- sita et insigis ornatus, sat declarat magnitudi- nem sapientiæ, quam esse in artifice oportuit. Quo maxime modo cum antiqui divine mentis cognitionem non leviter percipissent, hymnis et præconio suo Demiurgum celebraverunt: quem ea de causa Philo *ἀειπέων, omnigena præditum sapientia* nominavit; Pindarus *ἄπειρον, præstan- tissimum artificem*; magnificientius Areopagita Bio- nysius *De div. Nom.* cap. v, cum eandem sapien- tiam titulis multis clarissimis exornat, vocat *ὑπεροπύνην ὁμοίαν, sapientiam omni sapientia superio- rem*. E nature autem operibus, ut notis vestigiis, licet illam aliqua ratione intelligere, nam omnia que mundi complexu tenentur *Sap. xi, 21*, « in numero, pondere et mensura » confecti; hoc est, eo molimine sapientiæ, ea consilii luce et mi- randa moderatione, qua major cogitari nequit. Et quemadmodum videmus solem nature suæ bonitate radios undique spargere suos, et caloris sui divitias ultro fundere; sic immensa illa sapientia infiniti sui luminis scintillas mittit, et undique universum beat: ab illa, ut uberrimo et copiosissimo fonte, omnes artes, et recondite scientiæ, atque arcana et magnifica ingeniorum vis proficit. Quam ob causam matrona illa no- bilis parens Samuelis divino instinctu *Deum scientiarum* nuncupat, I *Reg. ii, 3*. Ab illa ordo in omnibus, et mirabilium operum pulchritudo, et velut in concentu symphonia, omne artificium et admirationem superans manavit: itaque S. Paulus *Ephes. iii, 10*, « multiformem sapientiam Dei prædicat. » Et David centu exollit « ejus adven- tionis, » vel, ut verit Syrmachus, *μηχανισμῶν, machinamenta*, excoitationes rerum mirabiles, molitiones inauditas, quas non nisi miraminata Numinis sapientia potuit concipere. Cumque sint

Sapientia Dei maxime re- lioet in mundi opificis.

Deus scientiarum Domina.

in hac rerum universitate tam diversae rerum species natura et genio dissimiles, in quibus tanquam in ingeniorum theatro curiosissime spectandis isti philosophi alique intelligentes viri elaboraverunt, ut nihil aptius atque perfectius excogitari posse faleretur: tum maxime in homine illius sapientiae lucem animadverterunt singularem, quam mirari satis non poterunt. In structura humani corporis filii medicorum et physici obstetrescunt, in quo vident partes omnes tum situ, tum proportione, tum connectione inter se atque usu mirabiles. In capite velut in arce collocantur sedes et domicilia sensuum nobilissimorum; et in summo vultu vigilis oculi: quorum tanta est celeritas, ut temporis puncto miliarium octoginta miliones conficiant: quantum videlicet spatium esse inter terram et stelliferum caelum mathematici aiunt. Et huiusmodi quidem partium admirabilitatem cum aliis multis eloquentiae princeps copiose exponit lib. I *Quaest. Academ.* Si vero in animam ipsam ingrediamur, et pervideamus vim ingentem memorie, aere nos intellectus splendoris, et infinitum a-umen, dominatum voluntatis, qui nulla vi aut violentia frangi potest, facile viderimus in opifice tanti operis sapientiam potentiae aequari.

De hac autem divina potentia, quam hoc loco Job *fortitudinem* appellat, quid dicam? cum regis ipse Psaltes illius admiratione percussus clamet *Psalms. cx. 2*: « Quis loquetur potentis homini? » vel, ut est in Chaldeo, *quis poterit elogi fortitudines Domini?* ita vocat opera mirabilia et gloriosa, ad quae necessaria est immensa quaedam potentia atque fortitudo. Ut ergo illam ex hoc apparatu aspectabilis mundi cogitando saltem quadamlenus attingere valeamus (nam comprehendere penitus atque intelligentia consequi non est humane imbecillitatis) quis non obstet, attonitusque defigatur, si diligenter apud se reputet celsitatem illam manum Demiurgi, quae partes mundi tam varias, tanquam inter se fissimiles, tam concinno ordine construere, tanta facilitate machinari poterit? Nihil deo de vastitate oceani atque terra, quae innumerabili copia rerum abundant: nihil de aere in ea spatia diffuso, quae non tam oculis quam rationatione metiri licet: orbem caelestem intueamur, de quorum vi, luce, efficientia doctissimi viri suis commentariis prodiderunt, et tantisper haereamus in granditate: quae est ejusmodi, ut cogitantis mentem sua magnitudine conturbat atque obruat. Et stellis ipsis conjectura capi potest, quae sunt positae in firmamento, quae cum nobis videantur non lucere ignis quoque majores, ipsam tamen terrae globum, quantum quantum est, multis partibus, ut mathematici docent, exsuperant. Cum igitur stellae singulae tam sint grandes supra hominum fidem et communem opinionem, sicutque in eodem caelo prope infinitae, adeo ut divinae litterae nullo humano ingenio atque industria numerari

Mirabilis respicitur Dei in hominis structura.

Stellarum quantitas est magnitudo.

posse confirmari; ipsum oculum tot et tantis velut clavibus aureis distinctum, quod infinitis orbibus terrarum magnitudine continet, quantum erit? Profunditas autem et crassiudo cum latitudini illi extremitati quae respondet, sane consequitur tantam esse operis molem, et fuscum in omnes partes magnitudinem, cujus notionem vix hominum mentes adumbrare queant. Accedit, quod cum illa tam inanimata tanquam chstipescenda magnitudine sit conjuncta etiam incredibilis eorumdem corporum in motu celeritas; de qua viri sapientes, qui res eas accuratissime dimensum sunt, cum in conventu populari disputant, vix obtinent fidem: nam tellis in octavo caelo, quae sunt posita circa aequinoctialem, tanta rapiditate levanitur, ut singulis horis quadraginta duo leucarum miliones aut etiam plures percurrant. Tanta igitur illa est futura celeritas, ut eo motu quae inclinatione intra spatium salutationis angelicae terra omnis septies circumi possit. Hinc sapientissimi quidam scriptores consequi aiunt, si stella una ex omnibus, quarum minima aspectu notabilis tota terra major est, in aere tanto impetu moveretur, fore ut urbes et palatia ruerent, imo ipsi montes, rupes, oceanus dissiparentur in pulverem, cum tantam vim rapidamque tempestatem ferre non possent. Supra vero stellatum caelum alii sunt orbis longe vastiores; et omnium ultimus empyreus, cujus amplitudinem vix ullius cogitatio percipiat. In suprema illius parte sunt beatorum sedes atque palatia, in quibus in omnem aeternitatem cum deo regalantur. Decent autem theologi quidam et divinarum litterarum explanatores, Deum ut optimum et potentissimum metatorem singulis beatis distinctum in ipso caelo domicilium tributurum; unde quemadmodum innumerabiles prope sunt beati aeo sempiterno fruente, sic necesse est in caelo ea spatia esse infinita, in quibus divi illi indigetes maneant. Quare si Deus juberet angelum, ut Ezechielem olin templum, ita caeli empyrei supericie, quae ora ultima est, et mundi hujus determinatio, funiculo metiri et circumcingere, tam longum tanque infinitum illum esse funem oporteret, ut toto hoc spatio, quod terram inter atque caelum intersectum videmus, contineri posse non videretur; ut ex astrologorum sententis colligit Cresollinus lib. III *Mythog.* cap. ix.

Hanc autem substructionem et tanta illustrarium rerum admirabilitate constantem ipse pollens architectus non tota manu mirabilium electricae, sed, ut miratur Isaias cap. xl, 12, digitulis tribus sustinet: itaque ridiculi sunt et profanis cosmopoeiae interpretes, qui Atlantem coliferum inducunt; impia quoque Manichaei stultitia, qui aiebat, ut verbo utar Epiphani *haeres. 66. 4. 4. 4. 4. 4.* *capulum* esse nescio quem terram omnem suis humeris sustententem, qui trigesimo quoque anno ab humero suo pondus in alteram transferat, unde *terre motus* existant ipse Demiurgus

Nota stellarum rapiditas quanta.

Deae solo dicitur orbem constans et voluntate sustentant.

totam hanc molem manu et voluntate continet, quam, si vellet, possit uno momento in nihilum redigere. Unde subdit:

Vers. 14. Destruere et aedificare.

14. Si destruxerit, nemo est qui aedificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. — Destruere et non aedificare aliquos, idem est quod excindere illorum genus, familiam, domum, nec propagare, nec prosperare; vel etiam non permittere, ut conspirantes inter se homines, praesertim impij, tanquam cogmentati in morem aedificij amplius cohaerant et consistent; quemadmodum de his dicitur *Psalms. xxvii. 3*: « Quoniam non intellexerat opera Domini, et in opera manuum ejus destruxerit illos, et non aedificabis eos. » E contra bonis promittit Deus *Jerem. xlii. 10*: « Si quiescentes manseritis in terra hac, aedificabo vos, et non destruam, » id est propagero, prosperabo, non perdam, non destruam, quo sensu dicitur *Enoch. 1. 21*: « Quia timuerunt obstrictioes Domini, aedificavit eis domos, » id est, reddidit fecundas, felices, opulentas. Verbum ergo *aedificandi* generatim accipitur pro quacumque prosperitate, vel speciatim pro filiorum generatione, quae passim in Scripturis hebraicae phrasij *aedificatio* nuncupatur: sicut e contra verbum *destruendi* in genere de quocumque exterminio aut ruina tam temporalis quam spiritalis, vel magis specialiter de morte filiorum sumi potest, per quam domus edificata destruitur: quo sensu etiam *inclusio* pro sterilitate, et *apertio* pro fecunditate accipitur, q. d. Placuit Deo domum meam per mortem omnium filiorum meorum destruere; si hoc ita permanere statuerit nunquam aedificabor, nunquam alios filios generare poteru: « Nisi enim Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam, » *Psalms. cxxvi. 1*; vel certe magis generatim hoc dicit, quod vindicta divina nonnunquam occul-tis, sed semper justis de causis quasdam seu nationes seu regiones ita deprimore perseverat, ut vana sit omnis contra nitentium industria: ita olim Deus Idumaeos primo per Chaldaeos graviter afflixit; deinde ad antiquam felicitatem postliminjo aspirantes partim per Judam Machabeum, partim per Hircanum, ejusdem ex Simone nepotem, gravissimis cladibus contrivit: hic enim per vim circumcisos ad judaicos ritus transtulit, donec tandem sub Tito reliqua gentis prodigatae sunt, ut non vestigium quidem Idumaeorum aut posteritatis Esau reperitur.

Tropologice S. Gregorius lib. XI *Moral.* cap. viii: « Omnipotens, inquit, Deus humanum cor destruit cum relinquit; aedificat dum replet: nescio quae humana mentem debellando destruit, sed recedendo; quia ad perditionem sufficit ipsa sibi. » Et mox subjicit: « Unde praevenit fit, ut cum audientes cor exigentibus culpis omnipotentis Dei gratia non repletur, incassum exteriora praedicatorum moveatur: quia mutum est eos omnino quod loquitur, si ille interior in corde non cla-

Nemo deo vult resistere pudenti.

met, qui aspirat verba quae audiantur. Unde Propheta dixit *Psalms. cxviii. 1*: *Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam.* Et Salomon ait *Eccle. vii. 14*: *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille desperaverit.* Auct verum statim sententio pondus ex Caini exemplo; qui ab omnino optimo concionatore, nempe Deo, exterius admonitus, ad bonam tamen mentem non reverti; quod qui illi ad aures loquebatur interior non operaretur velle et perficere, sic enim ille: « Hinc est *Gen. iv. 9*, quod Cain et divina voce conatos, et mutari tamen non potuit: quia exigente culpa male jam intus cor ejus Deus reliquerat, cui foris ad testimonium verba faciebat: » ita S. Gregorius. Male tamen Calvinus alique ejusdem farinae hoc similibus sacrae pagine locis conantur elicere, quosdam scilicet a Deo ante omnem culpam sic despicit, et ut vocant, obdurari, ut nullo labore nullaque industria possint ad virtutem probitatemque pertinere; tamque insuperabili fato aeternis cruciatibus destinati, ut omnis irritus sit ad salutem conatus. Istiusmodi despectus et obdurations exemplum in Pharaone nobis exhiberi contendant; quem irrefragabili fato velut ad certamen cum Deo voluit excitatum (quemadmodum in arena Threx cum Myrmillone componitur) ut indomita cervice divinis imperis oblaetur, ac tandem inevitabilis rebellionis penam vivus mortuusque lueret atrocissimas. Sed amabo, quoniam esset haec tam dira tamque inaudita tyrannis, quae ferrea necessitate inextinguibilibus peccatorum laqueis homines iretoret, ut isdem damnatus rocorum se supplicio oblectaret? Qui posset Deus usquequoque justissimus hanc justitiae laudem sibi vindicare, si ab iis penas exigeret, quos idcirco in scelus impulsisset, ne fatale sceleris decretum effectus frustraretur? « Sane justitia justa non erit, inquit D. Fulgentius lib. I *ad Moysen.* cap. xxi, si puniendum reum non invenisse, sed fecisse dicatur; » major vero erit injustitia, si lapsa Deus retribuat penam, quem slantem praedesinasse dicitur ad ruinam. Si homo a Deo despectus, necessariisque ad virtutem subsidis destitutus, nihil occulta quadam vi in facinus impulsus, nihil in salutis aut damnationis sum negotio liberè agit, sed agitur politus ut globus a projectile, ut securis a secante, ut lutum a figulo; quibus nullum sui arbitrium est; cur non accusatur potius ille plus quam stoicus fatorem impulsus, quam inevitabilis miserorum necessitate dicam verius quam culpa? Non injuria sic olim cum Jove expostulabat quidam apud Lucianum: Si Paerca omnium rerum est causa, ergo si quis patrem occiderit Paerca in culpa est. Si Minos recte vellet iudicio, multo reipsum Fatum pro Sisypho puniret, et Parcam pro Tantalò: quid enim illi injuriam egerunt, quando Paerca dieo audientes fuerunt? Valeant igitur, valeant hae notatorum deliria: non ea mens est hagiographo-

Nemo a Deo ante omnem culpam rejicitur.







sue amplitudine atque ordine indignum; sed ejus vita et contaminatissima improbitate populum fuisse dignissimum. Huc refert illud Isaiæ vaticinium, apud quem Deus ait se daturum populo rectores juvenes et sapientes, illusores. Item illud video notatum a magno Athanasio Quæst. CXX ad Antioch., ubi ait propter scelus atque labes populi christiani Deum mundi gubernatorem ut malos principes, sic et flagitiosos appetat, antisites scelere affluentes concedere. Sed undecumque illud tandem eveniat, certe principes et sacerdotum presules, quorum vita flagitiosa est, et maculis vitiorum notata, vituperandi maxime sunt, ut qui magnam reipublice dedecus et religioni adferant: propter illos jacet leges, sacramenta vilescunt, ordo ipse, plenus aliquoquin excellentissimæ gloriæ et majestatis, contemnitur.

Ver. 21. Deus res occultas facit manifestas.

Tenebræ designant afflictiones.

Deus mala consilia occulta dem recondit magisteria.

Deus profunda mysteria seculi nobis revelat per

22. QUI REVELAT PROFUNDA DE TENEBRIS, ET PRODUCIT IN LUCEM UMBRAS MORTIS. — Hic versus potest vel de rebus obscurissimis et occultissimis intelligi, quæ perpetuis temporibus laterent, et in tenebris jacerent, nisi divinum lumen vel exponens vel alia ratione patefaciens accederet, sicut dixit Daniel cap. ii, 22 : « Ipse revelat profunda et abscondita et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est; » vel potest etiam explicari de afflictionum et miseriarum tenebris, quibus Deus miseris et de sua salute desperant inopinato quodam auxilio subito levat, sicut precabatur David Psalm. xvii, 29 : « Quoniam tu illumina lucernam meam, Deus meus, illumina tenebras meas; quoniam in te cripari a tentatione. » Umbra vero mortis opacissimas et crassissimas tenebras declarat. Potest etiam hic versus ad duos precedentes referri, ita ut sensus et cum eis unio sit talis, q. d. Quando contingit ut princeps sive rex consiliaarios habeat, qui labium commutent, diversaque a pristinis poterant consilia; vel cum seniores obsecrati puerilescent, nihilque sani consilii in medium adducunt; aut cum principes, et qui prius uno ore unoque animo bonum publicum affectabant, sese invicem aspernantur; tunc utique ab effectis et a calamitate, quæ hujusmodi dissensionibus, prava consilia multosque despectus consecuta est, Deus detegit consilia cordium, atque omnia quæ in tenebris erant manifesta fiunt, veniuntque in lucem; ut puta conspirationes, prodiciones, vindictæ, perfidia et falsa consilia. Hæc sunt utique profunda, quæ Deus de tenebris cordium revelat. Hæc est umbra mortis, quæ in lucem a Deo producit: « nihil enim est operum quod non reveletur: neque occultum, quod non sciatur, » Math. x, 26. Sic detestandum malignumque Achitophelis consilium revelatum fuit, et in lucem proditum.

Mystice possunt hæc ad cælestes revelationes pertinere, quibus regius Psaltes occulta sapientia Dei sibi immanifesta cecinit Psalm. L, 8. Profunda autem dicuntur mysteria divinitatis et arcana operum ejus, ut quod Deus in personis trinus, et in

essentia unus sit; quod Verbum Dei carnem assumpserit, et homo factum sit: quod in Eucharistia, non in figura, sed in veritate Deus homo occultetur. Hæc et alia profunda Dei abscondita erant in puteo et in horreo Scripturarum. Sicut autem Jacob lapidem ab ore putei amovit, ut greges hiberent, et Joseph horrea aperuit, ut tempore famis populo frumenta ministraret: ita et per unigenitum Filium Deus sacras litteras explicuit, ut nos cibaret pane vite et intellectus, et aqua sapientiæ potaret, ac scientia sua terram repleret; id autem fecit, ut in ipsum crederemus, ipsumque diligeremus, et majestati ejus cognite et amate serviremus. Qui finis est perscrutationis revelationis profundiorum mysteriorum Dei.

23. QUI MULTIPLICAT GENTES, ET PERDIT EAS, ET SUBVERSAT IN INTEGRUM RESTITUIT. — Nunc aliud adducit argumentum divine potentie, cui nihil est factu aut dissolutum difficile: multiplicare enim potest gentes et populos, et eosdem repente perdere, et rursus excitare, et ad illum numerum ordinemque redigere, ut nihil videatur fuisse subversum. Cujus rei satis planum exemplum fuit hominum prima procreatio magnaque multiplicatio, deinde per diluvium subversio, ac demum restitutio a filiis Noe tanta non solum hominum, sed etiam nationum et provinciarum multiplicatione, quanta numerari non possit; adeo ut eam stupore plenus expendens David, divine altitudinis comparare non dubitet dicens Psalm. xli, 9 : « Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. » Ubi in Græco legitur *ἐκπλατύνων*, quod proprie est *magni pendisti*, aut plurimum curasti: est enim *ἀνοξέω*, *disiungere* et *multum curare*, a *πλάθω*, hoc est *multum*, et *ἐπιπέω*, quod est *curare*, custodio: cujus verbi contrarium est *ἀρραπύω*, id est *negligo*, contemno. Significat itaque Deum, sicut altus est, excelsus et magnus, ita etiam magnam semper curam gessisse hominum; sive juxta bonitatis ac misericordie suæ magnitudinem et altitudinem nunquam genus humanum neglexisse. Hinc licet hominum peccatis, justam Dei vindictam provocantibus, integras nonnunquam regiones ac gentes peste, fame ac bello subverterit, postliminio tamen misericordie recordatus, ut plurimum successu temporis iterum integrum restituit.

24. QUI DEMUTAT COR PRINCIPUM POPULI TERRÆ, ET DECIPIT EOS UT FRUSTRA INCENDANT PER INVIVUM. — Omnino compertum est cor principum a Deo velle quocumque velit, juxta quod Salomon ait Prov. xxi, 1 : « Cor regis in manu Domini : quocumque voluerit inclinabit illud : » movet quippe regum voluntatem corde significatam quod decrevit, ita ut arbitrii libertate minime lesa, id proculdubio agant, quod a Deo provisum est: sicut in corde est principium motus naturalis, sic in voluntate primordium motus moralis, ut recte cor appellatur. Dicitur autem Deus decipere seu errare facere, non certe quod errorem deceptione

Philos.

Ver. 21.

Deus gentes multiplicat, et perdit eas, et restituit.

Ver. 23.

Peccato res cæci et tunc his in voluit.

Tenebræ palpabiles sunt et tunc.

Deus vult cordi principum ad naturam suam quo se loquitur.

nemve inducat, sed quod lucem juste subtrahat, eju' defectu impii homines spirituales quamdam eclipsim patientes a recto aberrant, et graviter seducuntur. Sic legimus principes populi cæco et precipiti consilio et sibi et suis attulisse perniciem, et prorsus instituisse viam quæ longe aberat a sana mente, et a salute communi ac propria. Testis fuit ex alienis Pharaeo, Nabuchodonosor, Baltassar; ex gentibus Israelitide Saul, Salomon, Roboam, qui dum devitiis abducuntur rationibus, et se et suam pessumdedere republicam. Dicitur autem Deus *inmutare cor principum in malum*, eo sensu quo supr. vers. 20 dictus est *commutare labium veracium*, scilicet permissive, ut scholastici exponunt, id est, permittit ut affectus illorum in prava et veitia feratur, et intellectus ipsorum pravis consiliis decipiatur, et ut iter per invia vitiorum faciant, et nunquam ad optatum finem perveniant. Quo sensu etiam David Psalm. xl, 40 : « Effusa est, inquit, contemptio super principes, errare fecit eos in invio, et non in via: contemptio nimirum tunc super principes effunditur, cum deficiente lumine veritatis atque prudentie, in variis sententiis distracti quid faciendum sit non inveniunt. Qui prius errant in via, dum rationem exercende virtutis invenire nesciunt; et postmodum exerrant etiam in invio, quia peccata, quibus illegantur, non advertunt.

Ver. 23.

Peccato res cæci et tunc his in voluit.

Tenebræ palpabiles sunt et tunc.

vocat *ἀλαμπή κελίαν*, *obscurum et illine vitium*. Hoc in sacris cærenonibus declaratum fuit, cum jubentur omnes, qui ad christianam religionem accederent, in baptismo converti ad occasum, et abrenuntiare principi tenebrarum erobico fontis caliginis obscureque noctis, quæ a scelere in animam inveltitur. Ad id enim aliquanto post, recens baptizatos, cum ejussent omnem Salame mundicie paraturam obscurumque sceleris atrium, ubi nihil divine lucis affulget, induere consuevisse *σφουδιὰς τούτων*, *velamenta niveo splendore fulgentia*, ut qui post tenebras in admirabilia lumen venissent. In tenebris ergo palpant dicitur peccatores, quia neque conscientiam vident suam multiplici operante latebrosam, nec periculum ingens perditionis salutis, in quo versantur, nec virtutem summi omnium parentis et interminationem sapientiam, quam prosequi omnes veneratione debent, et amorem complecti; ut caligo vitii longe tetrior atque obscurior cimmeria nocte videatur. Merito igitur peccatores dicitur palpant in tenebris, et non in luce, » quod epistam habet Hebræis usitam, qui dum vim et pondus volunt addere sententiæ affirmatiæ adjunctum contrarii negationem: sic apud Amos cap. v, 18, dicitur: « Dies Domini tenebræ, et non lux; » et Ezechie dictum est Isai. xxxviii, 11 : « Morieris tu, et non vives; quo genere loquendi apostolus Joannes delectatus fuit, dum de Baptista loquens ait Joan. i, 20 : « Confessus est, et non negavit. »

Cæterum quod sequitur, « et errare eos faciet quasi ebrios, » ad eorum insanam temulentiam declarandum pertinet; non longe scilicet a cæcis et in densa nocte versantibus absunt temulenti, quibus vini immoderatus usus mentem sic turbat, ut amentes credas et furore lymphatico baccari. Cæcitas porro aut furor, cum magnus est, ab ebrietate ducta metaphora in Scripturis significari solet, juxta illud Psalm. cvi, 27 : « Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est: » sic etiam Deus alibi minatur Isai. xxxix, 9 : « Obstupescite et admiramini; fluctuate et vacillate; inebriamini, et non a vino; movemini, et non ab ebrietate; quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, » etc. Ita nimirum Deus cum vult principes quosque movi humiliare aufereudo ab eis omne consilium, ita ut in meridie cæcæventes, in rebus inquam facilissimis densissima ignorantie caligine involuti turpissime hallucinentur et exerrant.

Vitium obscurum.

Vitium temulentie los facit.



Vers 4 4. QUI DERIDETUR AB AMICO SVO SICUT EGO, INVOCABIT DEUM, ET EXAUDIET EUM: DERIDETUR ENIM JUSTI SIMPLICITAS. — Durum est ab aliis derideri et gravibus exagitari conviciis, quod si id ab amicis homini contingat, a quibus solatium doloris et inopiae subsidium sperabat, multo durius: quare invocabit ultorem Deum, neque surdis orationem illam auribus accipiet, quia injuste patitur simplicis innocentia, cujus ipse telam et patrocinium sumpsit: ita Sanctius noster. Non legerat adhuc Jobus qua de pauperum et miserorum afflictione Scriptura aut prodit aut precipit, quia illius aetas divinarum Scripturarum monumenta praecessit; sed notat, ut apparet, divinum ingenium, et ab illo interius afflatus, aut rerum experientia edocuit, noverat quante Deo cure atque studio fuerit pauperum et miserorum vexata conditio, quamque facile in clamatum audiat, et intentos inimicorum stimulos retundat, atque in adversariorum exitium destinato convertat. Id sane dixit postea Deus Moysi *Exod. xxii, 21*: «Advenam non contristabis, neque affliges eum, etc. Viduae et pupilli (eadem est ratio de miseris aliis) non nocentibus: si laeseritis eos, vociferabunt ad me; et ego audiam clamorem eorum: et indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio; et erunt uxores vestre viduae et filii vestri pupilli.» Id quod etiam Ecclesiasticus cap. vii, 12, innuit moneus ne fiat: «Non irideas hominem in amaritudine anime: est enim qui humiliat et exaltat circumspicere Deus.» Turpe ergo et inhumanum est quemlibet hominem in luctu jacentem irridere: immanere vero et ferinum et irridere, et contumelias vexare; quod quantum Deo stomachum movent ex infinita ejus et misericordia et clementia erga homines afflictos facile apparet: Dei enim mos est derelictos supplicantes exaudire atque propugnare: non fert ut derideatur iustus primi, sumi sinceritas, vitae simplicitas quasi fatua contemnatur, cum Dei sapientia sit plena. *Simplicitas* admodum est quod vicia integritas, nullo dolo, hypocrisi artificiose facta, cui familiare est multa, quae a politiciis hominibus ingeniose curantur, minime exquirere, et affectationem omnem procul arere. Et haec profecto simplicitas rarum integritatis argumentum in Jobo ipso praedicatur, cui ob id forsasse insultatum est, quod majestatem et sapientiae ostentationem nequitiam affectaret, quo certe morbo verosimile est tres illos viros laborasse.

Deus miserorum patres et defensor. *Deus misserorum patres et defensor.*

Fernum est afflictis insultare. *Fernum est afflictis insultare.*

Deus misericordissimus. *Deus misericordissimus.*

Simplicitas admodum est quod vicia integritas. *Simplicitas admodum est quod vicia integritas.*

Vers 5 5. LAMPAS CONTEMPTA APUD COGITATIONES DIVITUM, PARATA AD TEMPUS STATUITUR. — Virum justum a superbis et divitibus hujus saeculi despectum eleganter comparat faci neglectae ac contemptae, quae servatur ad tempus divino consilio designatum; quo clarissime et luculentissime in sublimi loco constituta preluceat. Conqueritur hoc loco Job se opinionem trium divitum amicorum despicibilem quamdam faciem, abjectam et squalentem esse; at sperat parari se nunc exercitio dolo-

rum et laborum, ut statim tempore clarius eluceat; et quidem tempus hoc praesitutum in Jobo duplex fuit, scilicet illud secundae prosperitatis, in quo multo quam antea splendidius claruit, et novissima dies, ubi beatissima et sempiterna Dei luce fulgebant, quod ad justos omnes nunc despectos derivari potest. Justus enim adversa patiens est lucerna intrinsecus ardens et lucens, sed exterius contempta a divitibus superbis, parata tamen ut tempore statuto judicii computetur inter gloriosos sanctos filios Dei, iuxta illud *Sap. v, 1*: «Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustaverunt, et qui abstulerant labores eorum.» Impii vero quid? «Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperata salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, et praerogantia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum et in similitudinem improprietatis: nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est, etc. »

Lampas hic despicitur, ut postea exaltetur. *Lampas hic despicitur, ut postea exaltetur.*

Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat. *Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat.*

laborum operimentis munire, ne eas insultus adversariorum rapiat, et sanctos Dei virtute pauperes et vacuos derelinquat; ad hoc respexit David, cum in persona sanctorum dixit *Psal. lxx, 3*: «Deus repulisti nos, et destruxisti nos: iratus es, et miseris es nobis:» videtur enim eos a se repellere, et malis illatis destruere; videtur iram in illos exercere, et indignatione punire; at revera illorum potius miseretur, dum suorum opes tribulationibus contegit, et de ipsorum novis profectibus et sanctitatis augmento hilarescit. Quamvis autem istae sanctorum opes Deo disponente jam lateant, non tamen omnino, sed ut lucerna in lampade latent: sicut enim lux lampadis ita opaco corpore absconditur, ut tamen per rimulas aliquatenus videatur, sic thesaurus sanctitatis per patientiam et æquanimitatem ostenditur, dom tribulationibus operitur. Jam tentatio virum perfectum impugnat, jam persectio impedit, jam ægritudo corporalis angustiat; sed quasi per lampadis rimulas elucet in facie cordis tranquillitas, in sermone mentis lenitas, et in omnibus cum divina voluntate conformitas, quae a quolibet sapiente cunctis mundi divitibus praefertur, et supra universos thesauros aestimatur: ad hujusmodi enim homines dicitur *Philip. ii, 15*: «Lucelis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentem ad gloriam meam in diem Christi.» Videtur autem Paulus his verbis Philippenses laudare, eo quod cum sint luminaria in medio nationis pravae, tamen lucem hunc continent ad tempus statutum, nempe ad diem Christi: neque enim ipsi gloriam suam praedicant, sed potius occultant: «Sicut Moyses, ait Paulus II *Corinth. iii, 13*, ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus.» Alludit autem ad radios, qui et facie Moysis cum de monte descendit emicabant *Exod. xxxiv, 29*, ubi notandum prius quidem Moysen ignorasse suam faciem radiare: sic enim habet textus: «Ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini:» sive, ut Septuaginta transtulerunt, *ὡς ἵδιον ἐν δεικόμεναι ἢ ὅτι τοῦ κρηματικῆ τοῦ πρῶτου ἀνθρώπου, non sciebat quia glorificatus est aspectus cutis faciei suae:* quod ubi agnovit, «posuit, inquit Scriptura *ibid.* cap. xxxiv, 29, velamen super faciem suam;» ad quem locum pulchre Oleaster: «Norunt, inquit, homines, imo et inflata bucca praedicant dona quae habent, aut potius se habere a Deo putant, dolentique si non viderint predicari; sanctus vero iste nascit: imo cum alias admirari videt velamine faciem operit;» modestiam utique servandam docens.

Deus misericordissimus. *Deus misericordissimus.*

Lampas hic despicitur, ut postea exaltetur. *Lampas hic despicitur, ut postea exaltetur.*

Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat. *Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat.*

Christus fuit lampas contempta in passione. *Christus fuit lampas contempta in passione.*

Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum. *Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum.*

Opera sunt superbia fomes. *Opera sunt superbia fomes.*

tempore a Deo statuto humilibus manifestatur, et fit illis lampas ignis atque flammaram, illuminans per fidem et accendens per charitatem, ita ut tanto purius eum faciant, tantoque ardentius diligant, quanto eum videtur pro ipsis magis spretem et neglectum: et videro ejus, quae incredulitas sunt velut nigri carbones, fidelibus sunt sicut prunae et carbones ignis splendentis, qui omnem culpae nigredinem a corde tollunt, ipsamque splendorem reddunt per gratiam ardensque per charitatem. Plures alias easque diversissimas hujus loci translationes et expositiones vide apud Sanctium nostrum atque Pinedam.

Deus misericordissimus. *Deus misericordissimus.*

Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum. *Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum.*

Opera sunt superbia fomes. *Opera sunt superbia fomes.*

Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat. *Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat.*

Christus fuit lampas contempta in passione. *Christus fuit lampas contempta in passione.*

Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum. *Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum.*

Opera sunt superbia fomes. *Opera sunt superbia fomes.*

Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat. *Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat.*

tempore a Deo statuto humilibus manifestatur, et fit illis lampas ignis atque flammaram, illuminans per fidem et accendens per charitatem, ita ut tanto purius eum faciant, tantoque ardentius diligant, quanto eum videtur pro ipsis magis spretem et neglectum: et videro ejus, quae incredulitas sunt velut nigri carbones, fidelibus sunt sicut prunae et carbones ignis splendentis, qui omnem culpae nigredinem a corde tollunt, ipsamque splendorem reddunt per gratiam ardensque per charitatem. Plures alias easque diversissimas hujus loci translationes et expositiones vide apud Sanctium nostrum atque Pinedam.

6. ABUNDANTIA TABERNACULA PREDONUM, ET AUDACTER PROVOCANT DEUM, CUM IPSE DEDERIT OMNIA IN MANUS EORUM. — Insinuaverat Jobus amicos illos suos ex eo esse hominum genere, qui cum divites essent ipsum tuum inopem aspernarentur, praesertim quod egestatem hanc peccati poenam interpretarentur; sed bene probat Job inopi in per se non esse peccati poenam, nec efficere viros justos neglectu divitum, quae admodum et contrarium opulentiam terranarum per se non est virtutis merces, et homines scelestos nequaquam honore dignos reddit. Impi accersit exemplum predonum, qui cum impiis sint, tamen opibus abundantant, quos nemo sanae mentis non despicibiles ducit, etiam dum domos suas aut tenoria spolis implent, et in Deum praedae permissoem procaeter insolent. Illa vero verba: «Audacter provocant Deum,» subintellectam claudunt ultionem Dei predonibus inferendam, g. d. Ego nunc inopia premor, neque careo spe boni exitus praesituito tempore successuri; e contrario grassatores multi nunc divites abundant, et timore divinae indignationis concutientur. Quid ergo mihi obsit penuria? aut quid illis prosit opulentia, cum inopia et opes justis et reprobis communis sint? Alii *predonum* nomine reges improbi et potentes significantur, vel quod ipsi revera tanquam insolentes predones alienas involent in fortunam; vel saltem, quod cum suas sibi opes arrogant, quas Deo acceptas referre debuerunt, perinde se habent, ac si eas omnino praedarentur: hi igitur, ut D. Gregorius ad hunc locum docet, «eo magis contra Deum elevantur, quo magis ab ejus largitate contra meritum dilatantur:» sic enim ex abundantia insolentescit homo, ut non solum audeat humana jura conculcare; sed etiam temerare divina, neque solum adversus creaturas, sed etiam adversus ipsam Creatorem obarmetur.

Deus misericordissimus. *Deus misericordissimus.*

Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum. *Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum.*

Opera sunt superbia fomes. *Opera sunt superbia fomes.*

Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat. *Sauctitas divitis post tribulationem constituitur, ne proreat.*

Christus fuit lampas contempta in passione. *Christus fuit lampas contempta in passione.*

Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum. *Abundantia facit homines insolentiores etiam in Deum.*